

Renovatio  
Mundi  
di  
crit  
purifica-  
tio, non  
in prin-  
cipia  
con-  
versio.  
Senec.  
Idem.

20 Renovatio autem mundi, de qua Petrus, non erit, quia cuncta in antiquum Chaos convertentur, uti arbitrati sunt Ethnici. Seneca in *Thyeste*, *Aët.* 4. v. 230.

*Iterum Deos, hominesque premat  
Deforme Chaos: iterum terras  
Et mare, & ignes, & vaga picti  
Sidera mundi Natura tegat.*

Quod ipse vocat *extremum*, canens in *Hercul. Octavo*, *Aët.* 1. v. 46.

*Extremum Chaos*

*In me incurrit.*

Atque in *Othavia*, *Aët.* 2. v. 385. (Quod præmiserat de *Consol. ad Martiam* cap. ultim.)

*Qui sese nescit tantus in cacum Chaos  
Cafurus iterum. Nunc adest mundo dies  
Supremus ille, qui premat genus impium  
Cæli ruina.*

Lucanus *lib.* 1. *Bell. Pharsal.* v. 72. ex *Maail.* lib. 1. *Astronom.* cap. 2. v. 12.

*Cum compage soluta*

*Sæcula tot mundi suprema cogerit hora,  
Antiquum repertens iterum Chaos, omnia mistis  
Sidera sideribus concurrunt, ignea pontum  
Astra petent, tellus extendere littora nolet,  
Excutietque fretum, fratri contraria Phœbo  
Ibit, & obliquum vigas agitare per orbem  
Indignata, diem post se sibi: totaque discors  
Machina divulsi turbabit fœdera mundi.*

Hoc igitur intuitu Ægyptij Mundi figuram significabant symbolo serpentis caudam suam devorantis; siquidem iudicabant, cuncta resolvenda esse in principia orbis prima, seu elementa. Vide Vinc. Chartar. de *Imag. Deor. in Saturno*, & Pier. Valerian. *Hieroglyph. lib.* 1. 4. cap. 2. qui in propositum ex Claudiano ingerit:

*Perpetuumque virens squamis, caudamque reducto  
Ore vorans, tacito relegens exordia lapsu.*

21 Nullo modo ita Mundi renovatio fiet, sed per ignem, ut ait Petrus *ibid.* *Cæli qui nunc sunt, & terræ igni reservati in diem iudicij.* Et Sibylla *Erythraea lib.* 2. *Oracul.* ait.

*Tunc ardens fluviis cælo manabit ab alto  
Igneus, atque loco consumet funditus omnes,  
Terramque, Oceanumque ingentem, & cærulea ponti  
Stagna, lacus, fluviis, fontes, Ditemque severum,  
Cælestemque polum, cæli quoquo lumina in unum  
Fluxu fluent, forma deleta prorsus eorum:  
Astra cadent etenim de cælo cuncta revulsa.*

Eadem carmina invenies apud Augustin. *lib.* 18. de *Civ. Dei*. Aliiquatenus mutata (est enim in proposito Vatis) genio traductoris. Etiam apud Profanos huiusmodi opinio prævaluit. Consule Iulianum Martyr. *Apolog.* 2. & Clement. *Stromat.* lib. 5. Senec. de *Consol. ad Martiam* cap. 26. *Cum tempus advenit (inquit) quo seminum renovaturus extinguat; viribus ita se suis cedent, & sidera sideribus incurrent, & omni flagrante materia, uno igne, quicquid nunc ex disposito lucret, ardebit.* Et in *Hercul. Octavo. Aët.* 3. *vers.* 1110.

*Cæli regia concidet, &c.*

Ovidius *lib.* 1. *Metam.* *Fabul.* 5. v. 18.

*Esse quoque in fati reminiscitur, affore tempus  
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli  
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Plutare,  
Senec.

Denique Plutarchus libell. de *Commun. notionibus adv. Stoicos*. *Omnia mista (ait) reducet ignis in elementa, ac sua principia.* Et Senec. ubi *supr.* *In antiqua elementa vertemur.*

22 Aliquibus placuit cælos & elementa immutanda quo ad substantiam & formam, quia cæli qui nunc sunt & terra igni Epyrotheo reservati, admittunt peregrinas inpressiones (quicquid dicant Peripatetici) quia quotidie in Sole & reliquis Planetis per tubum opticum, vel dioptram videntur macula, quæ quidem non essent, modò materia corporum cælestium esset quasi quadam quinta essentia. Phænomenis igitur, siye experimentis constat,

cor.

Frælu-  
dia in-  
dicij usq;  
versalit.  
Lucan.

Cur or-  
bis sym-  
bolium  
serpent  
Vincent  
Chartar  
Pier. Va  
ler.

Claud.  
Sibyll.  
Eryth.

Renova-  
bitur per  
ignem.  
Senec.

Corpora  
cælestia  
non sunt  
in corrup-  
tibilita.

corpus cælorum esse mutabile, sicut his interioribus corporibus minus corruptibile: de quo latè Renatus Des-Cartes in *Principijs Philosoph.* Imò novæ stellæ videntur exortæ, uti contigit *ann.* 1572. quo visa est nova stella in Cæsiopœia, quæ evanuit post duos annos, testibus oculatis Maurolyco, Paulino Pridiano, Cornelio Gemma, & Christophoro Clavio, quorum iudicia apud illum videas in *Spher.* cap. 1. & Gemmam *tom.* 2. de *Divin. Characterism.* in *Iano Trifront.* cap. 3. Etiam *anno* 1600. alia nova visa est in Cyeno. *Ann.* 1618. (præter stellam novam, quæ ut astruit ubi *supr.* Clavius, visa est inter gradum 17. & 18. Sagittarij) supra Lunam extitisse Cometam, & duas novas stellas circa Saturnum, & quatuor circa Iovem visas affirmat Cornel. Alapide hic *2. Petr.* 3. v. 10. Omitto plura ex Profanis, ne notentur ut imbuta fermentis erroris. Consule, si lubet D. Augustin. *lib.* 2. 1. de *Civit. Dei.* cap. 8. & Expositores in *Iosue* cap. 10. v. 13. in *4. Reg.* 20. v. 11. in *Isaiam* 38. v. 8. in *Ecclesiasticum* 48. v. 26. & in *Matth.* 24. v. 29. & cap. 27. v. 45. Quapropter corpora cælestia corrumpenda, opinatur Adamus Tannerus *Dissertat. de Cælis, quæst.* 1. 1. Magius de *Exustion. Mundi* lib. 2. cap. 6. & 7. Valles de *Sacr. Philosoph.* cap. 89. Eugubini. de *Perenn. Philosoph.* ubi *supr.* Catharin. in cap. 1. *Epist. ad Hebr.* Acofta *lib.* 4. de *Tempor. Novissim.* cap. 9. Cui sensu videtur astipulari David *Psal.* 101. v. 27. *Ipsi peribunt*, & alia passim Scripturæ testimonia *Isai.* 34. v. 4. ac *Hebr.* 1. v. 11.

23 Haud assentior huiusmodi opinioni, cum proclivè omnia intelligantur de mutatione accidentali, non substantiali. Alteranda tantum sunt cælestia corpora, non corrumpenda, (sicut aurum in conflatorio, quod non destruitur, sed purificatur) ut ab illis separentur vapores, fæces, seu exhalationes. Quare dicitur *Apocal.* 2. 1. v. 1. *Et mare iam non est.* Non quòd elementum aquæ sit abolendum, sed quia hoc mistum, quod propriè *Mare* dicitur, non erit amplius. *Elementa calore solvantur*, inquit Petrus v. 10. *Terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Non peribit terra: nec cætera elementa, nec cæli, sed sicut oportuerit mutabit eos Deus, & mutabuntur: idest sic immutata, subsistent diversa figura, non forma. Ita enim præterbit figura huius mundi, ut interpretatur N. Gregorius *lib.* 17. *Moral.* in *Iob.* cap. 5. Quocirca sicut homo idem resurget & non alius; ita nova terra & cæli novi. Non distincta, sed eadem & renovata. Terra erit perspicua quasi aqua, aqua sicut aer, aer tanquam ignis, ignis ad insitæ cæli, cælum ut Luna, Luna ut Sol, & lux Solis erit sempiternitèr sicut lux septem dierum; cui luminis non adharebit calor, ut autumnat Lorinus in *2. Petr.* 3. v. 13. Ita quidem exponitur testimonia sacra de perpetuitate elementorum & corporum cælestium. *Eccle.* 1. v. 4. & cap. 3. v. 14. *Psal.* 148. v. 6. & alia huiusmodi. Congruum ergo est, ut cum homo resurget, propter quem omnia; cum eo cæli & terra quasi reurgant. Ita Gregor. ubi *supr.* Hieronym. in locum præfatum *Isaiæ* 30. v. 26. *Damaſcen. lib.* 2. de *Fid. Orthodox.* cap. 6. Cyrilli *lib.* 4. in *Isai.* cap. 51. August. *lib.* 20. de *Civ. Dei* à cap. 14. usque ad 24. & denique Expositores locis cit. & DD. Scholastici, cum D. Thom. in *4. Sent. distinct.* 48. & 1. p. q. 67. & 68.

Ergo testimoniorum de cælis novis, & terra expositioni. Erunt igitur cæli novi, supra lucem, novo splendore, incorruptibilitate, perfectioneque tam aëri, quam ætherei, ut supra diximus, & opinatur D. Thom. in *Psal.* 101. v. 26. & 27. ac 1. *Cor.* 7. v. 31. Terra, novo decore & fulgore. Non, ut voluptuosius cogitavit Lutherus, novos videlicet in ea canes, quorum cutis aurea, & ex sapphiris villi, sicut ex margaritis ovium vellera, buffones & dracones pro hominum delicijs. Haud ludicre cogitavit, igitur in barathro ille has delicijs habebit. Sed nova erit terra tum forma, quia plana: tum quia rursùm floribus, gemmis, arboribus, fontibus, alijsque ornamentis infertanda, & ad mundi decorem, & ad Sanctorum oblectamen, & parvulorum in ea degentium recreationem. Ita Anselmus in *Elucidar.* Catharinus in *2. Petr.* 3. v. 13. Picus Mirandulanus in *Heptaplo.* Abulenti. in *cap.* 25. *Matth.* q. 542. & 548. Serarius in *Iudic.* cap. 16. q. 2. & Guilielm. Parisiens. apud Dionys. Carthusian. in *4. Sent. distinct.* 47. Liquet igitur, quid intelligendum sit per *ly Ille tunc mundus*, tam in forma, quam in substantia; quo evanescent Salenis enthusiasmus, & Burnetij archirologia, quæ insipientibus obiecta, quasi Heroum ficta facta in phantasiæ fecundissima officina. Hisp. *Libros de Cavalleria.*

24 Relictis ergo nugis, aliqui per terram intellexerunt materiam primam, nudam omnino formam, expertemque vel corporeitatis informatione; quam à principio materiæ tribuit Scorus in *4. Sent. dist.* 12. *art.* 4. Totum spatium & concavum cæli ambebat eiusmodi massam indigestam & rudem, ex qua seqq. quinque diebus omnes formæ, tam cælestes, quam sublimares educæ sunt. De qua illustre est Epigramma Achillis Bocchij *Quæst. symb.* lib. 1. *symb.* 28.

*Orta salo, uro salum, atque solum, cælumque profundam,  
Omnia ergo corrumpens, omnia progenuo.*

Novæ  
stellæ vi-  
sæ & Co-  
metes su-  
pra Lu-  
nam.

Mutatio  
mundi  
erit ac-  
cidenta-  
lis, non  
substans-  
tialis.  
2. Petr.  
Peribit  
mudi fi-  
gura, non  
forma.  
Gregor.

Qui cæli  
novi &  
terra no-  
vi

Qualis  
terra post  
iudicium

Scot.  
Materia  
prima  
omnino  
informis.

Achill.  
Bocch.

Ame

*A me omnes Natura creat res, auclat, alitque,  
In me res omnes rursus eadem solvit,  
At licet hac videar, qua picta est, prædita forma,  
Omni forma prorsus ipsa tamen careo.*

Plutarc. Quo sensu, quasi de Chao ab illis ficto, Plutarch. de *Genitura Anima*, informe & inconditum corpus appellat, inquit: *Illud omnicapax & materiale magnitudinem quidem habebat, & intervallum, & locum; pulchritudinem vero, & formam, & figurarum modificationem requirebat.* Et pro sententia Scoti Apuleius de *Platonis Dogm.* inquit: *Neque corporum materiam, neque sanè incorpoream. Ideo autem non putat corpus, quòd omne corpus specie qualicumque non careat. Sine corpore verò esse, non potest dicere; quia nihil incorporale corpus: sed vi, & ratione sibi eam videri incorpoream.* Poëta ferè informem materiam appellant. Conradus Celtes.

Conrad. *Informe mundi, quo Chaos formam induit.*  
Et Manil. lib. 1. *Astronom.* cap. 2. vers. 14.

Manil. *Cæcæque materies cælum perfecit, & orbem.*  
Quod aliqui è factis, licet non astruant, dubitant. Quapropter Marius Victor illustris Poëta (ubi supr. num. 1.) v. 1. fuccinit.

Mar. Vi-  
ctor. *Ante polos, cælique diem, mundique tenebras,  
Ante operum formas, vel res, vel semina rerum.*

Et Hilarius Pictav. in sua *Geneseos histor.* v. 24.  
Hilar. *Omnia cum tegeter nigrum Chaos, altaque moles  
Desuper urgeret informis corpora mundi.*

De quibus infra num. 31. genuine.  
25 Philosophi Prisci mirabili in hoc cæcutientes opificio; erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa: nam licet materiam informem non astruant, arbitrantur quasi foetam formis in illa Chaos vastitate, sicut modò gravidatur feminibus, stylo poëtico. Ovid. lib. 4. *Fast.*

Ovid. *Gravida quoque semina terræ.  
Fœtaque terra patet.*

Virgil. lib. 6. *Æneid.* v. 595. *Terræ omniparentis.*

Ac denique Michael Anglicus.  
Michael  
Angl. *Aquora cunctipare versat sulcanda parentis,  
Prægnativa parit rosulas, & lilia tellus.*

Quid  
Natura  
mens  
apud  
Eth-  
nicos  
Virgil. Hinc asserbant in illa materie esse formas secundum virtutes feminales, quæ virtus *Naturæ  
Mens, Doctrinx, & Electrix formarum* dicebatur: quæ accedens ad materiam formas distingu-  
xit, ac secrevit. Virgil. lib. 6. *Æneid.* v. 724.

*Principio cælum, & terras, camposque liquentes,  
Lucentemque globum Lunc, Titaniaque æstra  
Spiritus intus alit, totamque insusa per artus  
Mens agit molem.*

Hesiod. Quasi productio substantialis nihil aliud esset, quam species formarum, quæ latebant in  
Mercur. materia.

Trimeg. 26 Proinde alij, ex quibus Hesiodus in *Theogonia*, seu de *Generatione Deor.* Hermes  
Omnia, licet in-  
comple-  
ta, in  
Chao, apud il-  
lor. Trimegillus in *Pimandro*, & Schola Stoicorum, ut videre quis apud Iul. Lips. toto 2. lib. *Physiolog. Stoic.* maxime *Dissert.* 2. 18. & 19. somniarunt, in isthoc rerum articulo formas non ita latitare, ut non apparerent secundum aliquid inchoatum; nec ita patefieri, ut rutilarent perspicue secundum esse perfectum. Sol tunc erat, sed incompletus: Phæbe, & Altra, verum luce sepulta: sic & reliqua. Hæc doctrina fuit etiam Antiquor. Chalæcorum, ut refert Ioannes Annus in *Proem. ad quinque lib. Berossi.* & D. Hieronym. in *Epist. ad Hebr.* cap. 11. v. 3. Ibi enim (aiunt) erant omnia: qua ratione dicitur Chaos. Unde Glareanus:

Glareanus *Orbis  
In Chaos omnigenum.*

Pro quo T. Burnetius (cum quo conflictum aliud habemus) inquit: Ante omnia certum est, potentem Deum produxisse terram, idest aridam ex Chao. Erat autem Chaos massa materia exoluta, indiffereta, penitus fluida, partibusque minoribus, atque maioribus composita. Implicat Burnetius in terminis. Si existeret Chaos primum, ut ille describit; quomodo ante omnia Deus potens terram creavit? Certum est, Deum terram in principio creasse, ut ait Moyses, & David *Psal.* 101. v. 26. ex quo Paulus ad *Hebr.* 1. v. 14. de quo infr. num. 30. Si terra

terra prior omnibus, Chaos non tuit prius, non igitur accipiendum est Chaos, uti cogitarunt Ethnici, sicut vidimus num. 2. sed quasi Chaos, ut prudenter notat Corn. Alapid. hic, v. 2. Nos nihil statuumus ante Cælum, & Terram, sed Chaos vocamus Cælum, & Terram creata, tenebris & aquis invisa. Illi cogitarunt ante creationem, & productionem rerum Chaos, quasi aliquid positivum, licet confusione plenum. Quare *Avidum* specierum, seu formarum vocatur à Seneca in *Hercul. Furent.* Act. 3. v. 676. *Atrum*, in *Agamem.* Act. 2. v. 483. *Cæcum*, in *OEdipo.* Act. 3. v. 572. *Dirum*, in *Hippolit.* Act. 5. v. 1233. *Deforme*, in *Thyeste.* Act. 4. v. 831. *Inane*, ibid. Act. ultim. v. 1007. *Noctis æternæ*, in *Medea.* Act. 1. v. 9. Claud. lib. 1. de *Rapt. Proserp.* v. 27. *Dotale.* Statius lib. 3. *Silvar.* vocat *Triste.* Valer. Flaccus lib. 2. *Horrendum.* Rufus Feltus, *Umbriferum.* Aufonius, *Insuperabile.* Alij, *Obscurum*, *voraginosum*, *tetrum*, *horrificum*, *nigrum*, *umbrosum*, *omnigenum.* Et pro omnibus Ovidius lib. 1. *Metamorph.* Fabul. 1.

*Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum,  
Unus erat toto nature vultus in orbe,  
Quem dixere Chaos, rudis, indigestaque moles;  
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem  
Non bene iunctarum discordia semina rerum.*

Nulli sua forma manebat, &c.

Ferè eadem Manilius lib. 1. cap. 2. His enim carminibus Burnetij Philosophia, quasi filo aureo in labyrinthum inscrutabilem (nisi per fidem) est ducta: quippe apud illum magis prævalat Ethnicus Poëta, quam veneranda in cunctis Sacra Scriptura. Hinc statuit orbem totum habitabilem, terram & aquam continentem, sic efformatum: (Haud aliter iacere fundamenta memoratæ chimæræ, nisi horum principiorum cogitatione) nimirum, mistis elementis, partes graviiores ferebantur deorsum, ut formarent terram internam, seu mundi totius centrum. Partes tenuiores regiones æreas: tenues motu, & levitate mediores, formarunt aquas. Verum cum aqua non esset omnino pura, quasi flos lactis in lacte supernatarunt portiones pinguiore terræ: quæ consolidatæ fecerunt habitabilem terreum rotundum mundum; non valentes descendere deorsum. Quid plura? Si Burnetius ita sapit, quoruscumque studet? O cerebrum unius sæculi! O præclarum virum! Quid ergo Deus toto Hexaëmero fecit? Terram? Iuxta tua principia non erant elementa, sed semina elementorum. Chaos? Nihil est, non tantum in Catholica sententia, sed etiam in Manilij, quem sequeris. Igitur Manil. ubi supr. v. 13. ait:

Ex nihilo summum.

Siquidem ante principium nihil, & in principio creavit Deus cælum, & terram, cum forma cæli & terræ, ut postea videbimus num. 30. Non per se terra formata est, nec aqua, & reliqua duo elementa, quia singula erant à principio cum forma speciali, & minime materia indiffereta & fluida. Nonne legisti *Cælum, terram, aquam*: Ex his non infertatis constabatur vasta illa & indigesta moles: quam Deus die 2. & 3. distinguit, dicens cap. 1. v. 6. *Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis.* Qua in re Dracontius de *Oper. Sex Dier.* v. 21.

*Ac supra cælos ingentia flumina dantur,  
Ac dominantur aque glomeratis fontibus alma,  
Ignibus æthereis cælesti sede locatis.*

Et ibid. v. 9. & 10. *Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam terram: Congregationesque aquarum appellavit maria.* Et Dracontius ubi supr. v. 40.

*Arida materies rapitur de corde fluenti  
Nondum mater humus.*

Imò Profanus à quo fæces hausit Burnetius ubi supr. *Fab.* 2. v. 2. *Deus  
Congeriem secuit, scētāque in membra redegit,  
Principio terram, ne non equalis ab omni  
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis,  
Tum freta diffudit.*

Deus ergo creavit, discrevit, & ornavit terram, & alia; non ipsa à se, vel per se. Sed dicit Burnetius: In Angliā sicut olim in Græciā, ad nihil aliud vacant homines (& etiam femina) nisi aut dicere, aut audire aliquid novi. Haud aptant Philosophiam Scripturæ: sed in Scriptura traditi in reprobam sensum, exquirunt, disquirunt, & requirunt, quo possint firmare exco-  
gitatam, vel in fornem Philosophiam. Grandis homo es, Burneti. Aptè de te possumus dicere,  
vel

Alapid.

Senec.  
Claud.  
Stat.  
Val. Fla.  
Feltus.  
Aufon.

Ovid.

Nihil à  
se, sed à  
Deo.

Gencl.

Dracont.

Gencl.

Dracont.

Ovid.

vel in te: *Nova enim quadam infers auribus nostris*. Imò heretica, insipida, frigida phantasia. At aprius me hercle huiusmodi infania luceret; si liber cum alijs huius fursuris, quam ctedo flagraret.

27 Ex hac sic mole dicimus & verè, egressa cuncta, quasi ex Chao factò in principio, non quod esset ab aeterno. Unde quia ex terra & aqua creatis ferè omnia Deus fecit, dicuntur ab eis quasi ex Chao genita, specie pulchra, singulari forma. Hilarius ubi supr. v. 10.

Hilar. *Post tenebras stupido spectarunt lumina celo*  
*Gens hominum, pecudeque fere, mille atque volucres,*  
*Et que per liquidos discurrunt agmina campos.*

Man- Mantuanus succinit *Ecolg. 9. v. 107. elegantissimè.*  
 tuan. *Cunctaque de veteri orta Chao.*

Virgil. Vide Alcimium Avitum, Marium Victor. Tertullian. Draconium & alios Sacros Vates: quorum opinio astipulantur etiam Ethnici. Virgilius præposita Chaos confusione lib. 6. *Aneid.* v. 728. inquit:

Ac Statius in hoc telluris articulo lib. 8. *Thebaidos* v. 303.

Stat. *Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,*  
*Et quæ marmoreo fert mopsira sub æquore pontus.*  
 — *O Hominum, Divinæque aeterna creatrix,*  
*Quæ suovios, silvasque, animasque & semina mundi*  
*Cuncta :: dedisti.*

Per quod patet ad carmina Marij Victoris supr. num. 25.

28 Aliqui ex Catholicis & doctissimis autamarunt, per ly *Terra inanis & vacua*, debere intelligi, non terram, sed materiam primam, puram potentiam, ex qua post terra. Ita Oecumenius, Abulensis, Nicolaus de Lyra, Isidorus Clarus, Ambrosius Catharinus, Salmeron hic, Amadeus in sua *Apocalypsi*, & opinio aridet Eugubino in *Cosmopæia*. Ex Scholasticis DD. præficus Gabriel, & Marsilius in 2. *Sent. distinet.* 12. q. 1. ex recentioribus Molina 1. p. *Tract. de Opere Sex. Dier. Discurs.* 5. Ex Hebræis Rabbi Moses Gerundenis, & Rabb. Selomoth Ishachi: novissimèque Rabb. Immanuel Aboab, Orthodoxæ fidei apostata, in *Nomologia* ex sententia Talmudistarum. Quæ quidem cogitatio etiam tribuitur Augustino lib. 12. *Confess.* cap. 7. verum perperam; cum ibi figurate loquatur de Angelo & materia prima, tanquam de duobus extremis, quorum unum summum est, & non procul à Deo: alterum infimum, & non procul à nihilo. Nititur huiusmodi sententia in testimonio *Sapient.* 11. v. 18. *Creasti orbem terrarum ex materia invisâ.* Ubi Græca versio legit: *Ex materia informi.* Hinc Hilarius ubi supr. num. 25.

Sapient. *Altaque moles*  
 Græc. *De super urgeret informis corpora mundi.*  
 Hilar. *Proinde si mundus ex materie prius creata conditus est, & hæc erat informis; absque dubio materia prima à principio creata erat informis. Potest roborari hocce sensum ex cò, quòd ita novum erit accidens sine subiecto, sicut materia prima sine ulla forma: nihilominus tamen qualitatem lucis sine subiecto fuisse creatam, astruunt & Basilius *Homil. 6. in Hexæmer.* Nazianzenus *Orat. in Novam Dominic.* & Theodoretus *Quæst. super Gesum*, quæst. 7.*

Las sine subiecto creata. *Istiuscemodi iudicium nervosè impugnat à D. Thom. 1. p. quæst. 66. art. 1. in 1. Sent. distinet. 18. q. 1. art. 1. Quodlibet. 3. art. 1. & pluribus alijs in locis, ubi plura & pulchra. Materia igitur primà est puraputa potentia (quicquid deliret Philopphia Spagirica) existentiamque accipit à forma: si informis conderetur, esset actu absque ullo actu, qui forma; & existeret absque ulla existentia. Hæc D. Thom. Verum de hoc Philopphi. Nos in præsentiarum de terra loquimur, non de materia prima, quæ quidem non est *Hoc aliquid*, ut dicit Aristoteles lib. 5. *Physicor.**

Nazian. *29 Omnes ferè Patres, & Doctores etymo terræ intelligunt terram elementarem, seu elementum siccum & frigidum, quod dicitur Terra, quia teritur & ultima subfedit, ut placet Varroni lib. 4. de Lingua Latin. dicenti: Terra in Angurum libris scripta cum R uno, Terra: cui subscribit Cicer. lib. 2. de Natur. Deor. Vel quia terra terit, ut canit Plautus in *Bacchidibus. Act. 3. Scen. 1.**

Plaut. *Potissimè est terra, ut terat hominem, atque prosternat:*  
 Tellus, propter fructus, quos ab ea collimus; vel quia tolerat pondera urbium, arborum, hominum, quæ telluris pondus aptè dicuntur, potissimè si inutile aliquid. *Humus* ab inno loco, vel ab humore, vel aquis, quibus modò sicca abundat, & ambitur; vel quibus initio circumvallata extitit. *Solum* à soliditate, quia alia elementa fluxa. Ideo à Prophanjs sub diversis nomi-

mi-

minibus adorabatur. Dicta fuit *Venus* à venustate. *Rhea* a fluo, quòd affluit bonis. *Ceres* à frugibus. *Alma Ceres*, quia non alit. Ideo *Maia*, idest nutritrix. *Cibele*, *Opis*, & ab ope & ab opibus. *Magna-Mater*, ut vidimus num. 2. *Sic hominum illa* (inquit Plinius lib. 2. cap. 63.) *ut colum Dei. Nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper, novissimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tunc maximè ut mater operiens, &c.* Epicharmus apud Varron. ubi supr. *Istæc terra* (ait) *gentes omnes peperit, & resunit de novo. Istæc dat cibaria, istæc omnibus fruges gerit.* Ex ipsa fructus, fruges, animalia, alimenta, medicamenta, fortune, atque opes gignuntur. Denique dicebatur *Vesta*, vel quia crebrò herbis & floribus vestitur; vel quia, ut canit Ovidius lib. 6. *Fassor.*

Stat vi Terra sua, vi stando Vesta vocatur.

De quo plura diximus supr. num. 8.

30 Hæc in primo creationis factu à Moyse dicitur *Terra*; non materia, ex qua post tertio die terra. Verba haud figuratè intelligenda sunt, sed uti sonant. Quapropter voce terræ terram formaliter (ut dicitur in Scholis) ius erit interpretari. Liqueat itaque ex contextu. In principio (ait Moyses) *creavit Deus Cælum & Terram.* Cælum, sive intelligatur unice Empyrium, ut aliqui intendunt; sive reliqui orbis cœlestes à Primo Mobili usque ad Lunæ orbem, ut alij volunt; non nudè materiem cœli, sed cum sigillata forma cœli materiam, condunt omnes, per Moysen significari. Pariformiter igitur, ac eodem sensu, terra cum forma terræ est intelligenda; siquidem simul dicitur cum cælo creata.

Nec quia de terra dicitur, *Erat inanis & vacua*, licet arguere, non esse formaliter terram. Tum, quia de cælo affirmat Basilius *Homil. 2. in Genes.* & alij plures, & constat ex v. 14. usque ad 19. cap. 1. *Geneseos*; videlicet esse inane & vacuum, & terræ ad instar incompositum & incultum. De cælo haud ambigitur propria forma cœli fuisse creatum. Qua ergo via dubitabitur de terra? Tum etiam, quoniam *Psal. 101. v. 26.* & ad *Hebr. 1. v. 14.* dicitur: *Initio tu Domine terram fundasti.* Idest in principio, ut profert Moyses: *Initio enim, ante omnia, unà cum cælo, terram cum forma speciali, & non materiem, ex qua post cum forma terra fieret, fuisse creatam.*

Deinde, si illotunc non terra, quando creata? Tertia die, quando appellavit Deus *aridam terram*, & non terram aridam, quasi per *Terram* intelligeret materia informis, & per *ariditatem* (telluris insigne, ut patet *Psal. 94. v. 5.*) indicaretur telluris forma? Deducitur perspicue ex versioibus: Igitur Caietan. legit: *Vocavit Elohim Sicco terram.* Et Vatablus: *Vocavit Deus ipsam aridam terram.* At patet dissona impropria, ac voluntaria telluris interpretatio: igitur si ariditas insigne terræ, priusquam apparetur vocatur arida. Ita enim dicitur v. 9. *Congregentur aquæ in locum unum & appareat arida.* Ergo iam terra antequam apparetur. Favent Auctorum præfatorum versiones: etenim Caietanus legit: *Congregabuntur aquæ & videbitur siccam.* Vatabl. ferè idem: quibus addi potest lectio Procopij: *Congregentur, ut videri possit arida.*

Præterea, Moyses non dixit, Deum iussisse terram fieri, sicut in principio (ad quid de novo?) sed apparere, & aridam apparere, quæ dudum invisibilis erat, ut ait Iosephus lib. 1. *Antiq. Iud.* cap. 1. & aquis compluta. Perpende. *Vocavit Deus* (subditur v. 10.) *aridam terram: congregationesque aquarum appellavit maria.* Ex hoc sequitur & maria facta, & terram apparuisse siccam: idest, orbem hunc ex terra & aqua. Cum ergo ex divisione & congregatione aquarum nullatenus deducatur, aquas tunc fuisse creatas; imò quidem contrarium, cum divisio supponat (uti dicunt Philopphi) esse completum: nec primò esse aquarum materiam, & postea in congregatione aquarum formam, dum freta diffudit Deus, ut per se patet; sic ex eò quòd terra die tertia apparuit arida, colligi nequit tunc fuisse creatam: nec *siccam* Conditorum appellasse *terram*; sed *terram siccam*, sicut congregationes aquarum appellavit maria.

Denique, Tertio die sigillatim intelligitur cum forma terræ, ut fatentur, qui informem primò arbitrantur, & liquet v. 10. 11. & 12. Eodem nomine gaudet in principio creationis, non ambiguo, quo vicissim & forma terræ & matricis notetur. Ergo eadem forma indutam & imbutam, & non nudam, informationis expertem, postea sua sigillatione ornandam, in principio intelligere debemus aridam terram. Unde Dracontius ubi supr. num. 26.

*Arida materies rapitur de corde fluenti.*

31 *Sapient.* autem 11. v. 18. ut vidimus num. 28. Vocatur terra *invisâ & informis*. Quod quidem non intelligitur de materia informi absolute, sed de materia invisibili: quippe quàm tunc cælum, terra & aqua glomerata erant, & circumdata umbris & tenebris, suaque venustate carebant. Incompta erant illa vasta corpora, ex quibus postea cuncta per species

Venus, Rhea, Alma, Ceres, Opia, Magna-Mater, Pliu. Epich. Vesta.

Ovid.

Genes. Terra in principio creata.

Basil. Cælum in principio inane, & vacuum.

In principio terra non fuit informis. Caiet. Vatabl.

Genes. Caiet. Vatabl. Procop.

Genes. Terra ap paruit, quæ latebat terrâ.

Quo sensu informis dicitur.

varias signatè prodierunt. Unde inanis & vacua terra, idest invisibilis, ut in Version. videbimus num. 32. ita D. Thom. 1. p. q. 66. art. 1. vel inanis, quia aquis sepulta; & vacua; quia non ornata. Idem ibid. Hapd obscurè Paulus ad Hebr. 11. v. 3. Fide (inquit) intelligimus aptata esse. secula verbo Dei: ut ex invisibilibus (ante editionem lucis; per huius productionem) visibilia fierent. Invisibilia vocat Paulus, quæ non videbantur, ut contigit cælo, & terræ sepultis horridis tenebris ante conditionem lucis. Hoc sensu Hilarius ubi supr. num. 24. Informem molem appellat.

Qui quidem stylus haud novus est etiam in Profanis. Apuleius lib. 5. Metamorph. Voces Cupidinis, quem Psyche non videbat, vocat informes. Cornel. Tacit. Annal. lib. 12. cap. 37. Informem sortem dicit: idest, sine ordine. Detorme aliquando significatur: & apud Plinium lib. 7. cap. 15. Caro informis: & apud Tacit. ubi supr. lib. 6. cap. 49. Exitus informis, idest deformis. As rude etiam vocatur informe; apud eundem ibid. lib. 15. cap. 22. vel infectum. Virgil. Aeneid. lib. 10. v. 528.

Sunt auri pondera facti Infectique mihi

Quas acceptiones sequuntur passim Poëtæ. Propert. lib. 1. Eleg. 5. & lib. 2. Eleg. 8.

Informem notam ducet in ore timor. Viderat informem multa Patroclon arena.

Hoc est, deformem. Quam aptè informitas huiusmodi conveniat deformitati telluris in prima sui constitutione, ex versionibus AA. perspicuius factò constabit.

Version. 32 Terra erat inanis & vacua. Hebr. Terra nihil & nihil. Septuagint. Interp. Invisibilis & incomposita. Chald. Deserta & vacua. Aquila, Vacuitas, & nihil. Symmac. Otiosum & indigestum. Theodor. Inane & nihil. Sanct. Pagnin. Desolata & inanis. Vatabl. Desolatio & inanis. Arias Montan. Solitudo & inanis. Chryostom. Invisibilis & inculta. Athan. Incondita. Procop. Indigesta. Strab. Inutilis, & infructuosa. Basil. Invisibilis, & inornata. Tertullian. Invisibilis, & rudis. August. Inordata & imparata. Iosephus Iudæus, Dum ad aspectum non veniret. Rabb. Ionathas, Vacua hominibus & iumentis. Onkel. Dissoluta, & vacua. Eucher. Invisibilis & informis. Caietan. Inanis funditus. Oleast. Vacua & vacua. Caten. Græca, Visu non manifestata, incompta. Alij denique, Indiscretum quoddam, iners, horribile, & exolutum monstrum. Quam ad rem omnia ex dictis supr. constar, & latius in expositione ad mores videbimus. Modò ergo, clariore litera, ascensionis cordis pro captu disponam in loco, quem posui.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Terra erat inanis & vacua. Nihil, & nihil. Nihil erat, quia nihilo erat.
2. Erat nihil & otiosa, quia otiosum nihil.
3. Nihil, & nihil erat. Si divitiæ nihilo, quid divitiæ?
4. Terra vacua omnibus erat. Licet omnia haberet; esset nihil, & vacua, quia terra omnia.
5. Erat sine floribus incompta, & nuda. Erat absque vestitu: & sine vestitu nihil erat.
6. Pauper & invisibilis erat. Sufficit pauper, ut sit invisibilis.
7. Vacua, & vacua terra. Quaritur in vacuitate solidam, & illud vacuum.
8. Cælo, & terra creatis, terra dicitur vacua. Cælo creato, & merito dicitur.
9. Inculta solummodo erat: & vocatur incondita, quia sine cultu.
10. Infructuosa erat, sed colenda: inutilis in famatur: si nota reparanda non inutilis.
11. Vacua erat, & plena; sed tenebris: & cum tenebris plena, inanis & vacua.
12. Vacua intumuit, & invisibilis fuit. Visibilis apparuit, & apparuit arida.
13. Dissoluta & vacua erat. Liquidò infertur, si vacua, ergo dissoluta.
14. Desolata & vacua erat. Ad quid igitur additur, Desolata?

DIDASCALIA I.

Quid prodest esse, quod esse non prodest?

Exclamat Tertulianus Apolog. ad versùs Gentes, cap. 17. Nihil proculdubio omnia, Bonum dicitur ab utilitate. Si usus deest, quisnam rei usus? Profunt cum fortuna & arte fruendi. Non potest interesse, quod interesse non potest: n̄ dicas utile sine utili.

Tercul. Præter rerum usus.

utilitate, ac abs re nominis grande nomen. Nomina magna magnoperè fuge. Fucus fucus sunt, & albis vitceribus bractæata præstigia. Pretium rerum usus: dignitas commodum: sine commodo usus, amittet sanè bonum dignitatem & pretium. Bonum (testatur Seneca Epistol. 88.) est, quod tantum prodest: quia commodum plus usus, quam molestia habet. Erit ergo molestia Tantalica, non usus. Quid prodest exco speculum? Narrare fabulam furdo. Sol occidit: ait Salomon. Occidit? Nunc bis, nunc illis eadem regionibus orbis Semper, & ulterius vadentibus ortus ad ortus. Accinit Manilius lib. 1. Astronom. cap. 2. v. 77. Lustratio universi mors est Solis? Uti que. Cursu pernici privat hemicyclum optata luce, quæ hominibus, & omnibus commodum. Ab usu pendet utilitas: & mihi occidit, si mihi non lucet. Natus est, quasi non natus. Privata lucis lapsus stellarum vocatur à Christo. Sic enim ait: Stella cadent de cælo. Aptè, Esse illarum destinatur ad lumen: & profectò sine luce cadent, cum ab Opifice acceperint, ut lucrent. Considera totum orbem terræ tenebris occupatum, aequique oppletum. Quid tanta moles? Nihil & nihil erat. Nec sibi, nec alijs proderat. Ingenti pondere vacua, nihilo, atque inutilis erat: at si nihilo terra, planè nihil.

Senec.

Eccle. 1

Manil.

Sol occidit si non lucet.

Math. 24. 29.

Ter. 1.

Quia invisibilis, & nuda, & vacua.

Genes. 2.

Hebr.

Ierem. 4. 23. 25.

Non prodest esse, quod esse non prodest.

Id est, non est.

feritur, si ab oculis non recipitur cæcitatem amantium? Locus lucis cælum est: fed illi cæci præ nequitia non valebant respicere cælum: dicitque Propheta, In cælis non erat lux; quia cum cæco non proficit, fuit illis quasi non esset.

Nota in idem propositum diversitatem, ac in differentia acumen. Terra, quia nihilo, dicitur vacua: cæelum sine luce; quia sine luce nihilo. Utilitas cælorum lux: nihilo erit, & nihil sine lumine? Sanè; cum esset cæelum inutile sine luce. Idem de cælo & terra profertur iudicium. Discrimen non rebus, sed vocibus inest. Audi. Vacua terra, quia nihilo: nihilo profectò sine lumine cæelum: at si nihilo cæelum, totum vacuum.

Impletum quod promiserat Dominus per Isaiam, vidit Aquila Ioannes: Cælum (scilicet) novum. Quæ novitas igitur videtur in cælo, quod omni cultu, & examusum Dominus illis insertavit ab exordio? Idem est quod habuit, habet, habet næ, verum non idem prodest. Quod non usus destruxit, usu denuò constituit: novumque esse suscepit idem cæelum; simulac habuit hominibus novum usum. Clariùs igitur. Sedes cæelum erat, ubi homines collocandi & colendi. Ante Christi mortem cæelum erat, sed nihilo proderat. Non dum sanguis patefecerat aditum, sed erat cæelum adamantinum & æreum. At cum ab usus utilitate æstimator inter homines esse; cæelum idem signatur hominibus novum, quia pridem vacuum. Ideo quamvis cæelum Angelis ornaretur, ut civibus, desertum tamen respectivè vocatur à Christo. Dimittis nonaginta novem in deserto. Idest, in Cælo, ut arbitrantur PP. & Expositor. hic. Desertum Empyrium, & Angelis plenum? Uti que. Homines in cæelum transferendi, modò perflitisset Adamus in iustitia originali. Fracta lege, exclusi sunt filij & protoplatius; siquidem ingressus ocellus: opportunè dicitur cæelum desertum, quod nec ullus adhuc habitaverat hominum.

Subditur: Cæelum primum abiit. Si est cæelum primum, ergo novum erat secundum. Qua lege secundum, dum idem cæelum? Mutavit esse. Cæelum primum permanendo abiit, quoniam nullatenus profuit: & novum dicitur idem ipsum cæelum; ut innotesceret, idem profectò aliud, cum non proficeret. Cæli primi nullus usus, etenim nullus ingressus: excludoque homine, hominibus cæelum deiecit; quoniam nullus momenti, dum nulli profuit. Perpende. Primum cæelum abiit: & dixit qui sedebat in Throno, ecce nova facio omnia. Renovata, an nova? Nova: quia licet essent; sine proventu, quasi nulla fuissent.

Cælum invisibile, sine luce.

Apoc. 21. ... Dum vero desit cælam, aditum novum.

Luc. 15. 4. Quomodo cælis desertus?

Apoc. ubi sup. Quo patet cælam novam.

ibid. v. 5